



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 58. Wirtenbergensium Ordinum Lutheranorum frivola cavillatio contra  
Ducissam Viduam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](#)

ratus, Nuntium monebat, ut parcus <sup>Sæc. XVIII.</sup> magisque circumspecte loqueretur, præ- <sup>A. C. 1740.</sup> fertim ubi de honore Regis sui ageretur; secus enim ipse pro suo Francici Oratoris munere satisfactionem minus gratam poscere cogeretur: His tamen Nuntius missitando potius quam loquendo pauca reponens, insalutato Legato discessit: Ea res tamen postmodum ad Benedicti XIV. Pontificis aures delata est, cuius denique studio lis per mutuam præteriorum oblivionem procuratam, & futuorum cautelam dexterime composita fuit.

§. LVIII.

*Württenbergensium Ordinum Luth-  
ranorum frivola cavillatio contra  
Ducissam Videlam.*

Quantumvis Carolus Alexander Wirttenbergæ Dux ante obitum suum testamenti tabulis provide prospexerit, ut relicti ejus tres Filii plena fidei Catholicæ exercendæ libertate fruerentur, nihilominus Lutherani Provinciales Ordines eandem hoc anno restringere attentarunt. Occasio illius erat hæc: Fridericus Eugenius tertio genitus defuncti Ducis Filius, cum a teneris aetatum ad Clericalem Statum sacrasque spes adjicere, haudque alio magis

Sæc. XVIII. magis studio quam sacro delectari  
 A. C. 1740. deretur, a Clemente XII. Papa intermis-  
Canonicos Salisburgenses annumeremusque  
tus est: Ad id tamen requirebatur, ut ihu-  
-gio juvenis Princeps prima, ut vocant,  
tonfura initiaretur: quem in finem e-  
tiam Comes de Fugger Constantieensis  
Suffraganeus Stutgardiam venit. Tum  
vero Prædicantes altum in clamare,  
cælum & acheronta movere, violatam  
pacem & pacta obijcere: Erant tum  
Provinciales Ordines secta Lutherani  
Stutgardiæ congregati, quibus facile  
persuasum, sacra hac functione actum  
jurisdictionis Ecclesiasticæ & quidem  
a Catholico Ordinario in terra & Du-  
catu Protestantico exerceri, proin p-  
cem Westphalicam, & nuperam trans-  
actionem, datamque fidem infringi,  
& Religioni Lutheranæ damnum nullo  
remedio sanandum inferri: Eapropter,  
cum periculum in mora esset, Caro-  
lum Rudolphum Ducatus Administrata-  
rem impense rogant, ut pro aver-  
tendo tam manifesto præjudicio, quid-  
quid bonum ac necessarium videretur,  
sine ulla tergiversatione decerneret.  
Attamen hic jam pridie hanc rem e-  
doctus, cum secretioris Consilii Viris  
desuper consultationem habuit, & sum-  
mo mane alterius diei Mariam Augu-  
stam Principis Matrem de Ordinum  
oppo-

oppositione certiorem reddidit. Hæc Sæc. XVIII.  
verò Eidem reposuit, se rogante ac A.C. 1740.  
petente Ordinariu[m] Constantiensem  
huc venisse, seque jure suo ulam fuisse:  
Matris enim officio teneri se, ut proles  
suas in fide Catholica, cunctisque ab  
eadem præscriptis rite imbui curaret;  
Fridericum ejus Filium sacro Ordini  
esse destinatum, Filiam vero Confir-  
mationis Sacramento nondum esse mu-  
nitam, utrumque vero actum nonnisi  
a legitimo Episcopo exerceri posse, ac  
propterea hunc fuisse a se evocatum &c.  
His perceptis ex Proceribus non nemo  
petiit, ut facultatis Suffraganeo datæ  
literas testimoniales inspicere sibi lice-  
ret: Nec id abnuit Serenissima Vidua  
quæ mox Cubicularium suum ablega-  
vit, ut illas ex Cancellaria asportaret:  
Eo autem temporis momento rumor  
invaluit de incendio in ipsa Ducali arce  
exorto, quo tamen brevi extincto, die  
tertia Martii Suffraganeus Juvenem  
Principem collata tonsura ad Clerica-  
lem Statum deputavit, eademque oc-  
casione ejus Sorori Augustæ Elisa-  
bethæ necnon aliis huc accurrentibus  
Confirmationis Sacramentum imper-  
tivit.

## §.LIX.